



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

HAEC fatus, vacuū leuibus secat aëra pēnis,
Mortalem fugiens aciem, cœloq̄ relatus
Heroem trepidum mandata lege reliquit.
Ipse tamen tali manib⁹ cū voce leuatis,
Quisquis, ait, nobis tantam spondere salutem
Seu missus seu sponte venis ex ethere celso,
Et placidum fausto confirmas födere pactum:
Sis fautor, firmentq̄ tuas promissa loquellas:
Auxiliumq̄ tuum conatibus insere nostris:
Ut tenuis tantā valeat manus edere molem.
His breuiter dictis vītē spem corde reponit,
Agrediturq̄ celer sacri precepta laboris.
Quis tantos capiat sensus: quis deniq̄ sermo
Explicit, aduectis fuerit que copia lignis:
Nudati colles, spoliatis arbore syluis
Iam sua certatim concedunt robora montes.
Pelion immensas mittit de vertice quercus:
Insuper exponit multa virtute recisum
Ossa nemus, Pindoq̄ abies subducitur alto.
Athlas ipse nouas ictu resonante secures
Sensit, & annosas dedit ad naualia pinus.
Inuisum tunc surgit opus; contexta leuatur

f 3 Porrectis

70 D. ALCHIMI AVITI
Porrectis trabibus præcelsi culminis ædes.

C A P V T X.

HAec inter discors varij sententia vulgi:
Nā multi lymphis obstacula tanta parantē
Irrisere virum; moles quod clausa moueri
Fluminibusq; dari nequeat; quā forte nec ampli
Euphrates Nilus ue queant includere rīpis.
Apostrophe. Humanī generis quid mens incredula reris,
Mortalem non posse manum coniugere ponto
Aedem longinquā pontus namq; obuius vltro
Curret, & adductum tanget stans fabrica littus.
Ast alios celsam compacto robore massam
Iagnaros quāquam cladis cauſſeç latentis,
Mirari nouitas, & formidare coēgit.
Haud aliter studium iam tunc diuiserat omnes
Quām nūc mūdus agit. Sunt qui cōpuncta fidelī
Corda dicant operi rebusq; instare supremum
Discrimen norunt; corpus quum concidet omne
Bacchatamq; diu consument secula carnem;
Effugiet tunc ille malum quicumq; paratus
Præduri validam edificarit tegminis archam,
Per lignum vitale crucis seruatus ab vndis;
Tunc cernet quanto contempserit ocia fructu.

Hic